



DE SIMPLICIUM

PULVERATIONE ET LÆVIGATIONE.

PRÆPARATIO LIMATURÆ FERRI.

Rx. Limaturæ ferri à sordibus purgatæ quantum volueris.
Supra porphyritem lævigetur, donec reducatur in Al-
kool.

Simili modo preparantur

Lapis Hæmatites,
Magnes,
Hardestia.

PRÆPARATIO BATITURÆ FERRI.

Rx. Batituræ ferri pulveratæ quantum volueris.
Aquâ sæpius ablue. A sordibus expurgatam & supra
porphyritem læviga, & serua.

PRÆPARATIO OCULORUM CANCRO RUM.

Rx. Oculorum cancro rum genuinorum pluries aquâ flu-
viatili lotorum, tum siccatorum quantum volueris.
Redige in pulverem, posthac agita supra porphyritem,
instillando identidem aquam communem, usquedum in
pultem tenuissimam lævigetur. Effinge Trochiscos in umbrâ
exsiccandos.

Simili modo preparabuntur

Cretæ,
Margaritæ,
Coralla,
Testacea,

Fragmenta

SALUB. FACULTATIS PARIISIENSIS.

Fragmenta lapidum pretiosorum,
Succinum,
Mater perlarum,
Putamina ovorum.

Nota. Primò, ex his alia in ferreo, alia in marmoreo mortario terenda esse.

Secundò, testacea lotione majori indigere.

Tertiò, ovorum putamina primùm leviter & diu conquassari debere; deinde aquâ plurimâ ferventi multoties lavari, ita ut omnes eorum membranulæ aquæ innatantes cum aquâ decantentur, remanentibus in fundo solis putaminibus.

PRÆPARATIO LITHARGYRI.

Rx. Lithargyri pulverati quantum volueris. Cum aquâ tere in mortario. Aquam, cum turbida fuerit, separa, & in vase idoneo repone. Remanenti materiæ aquam alteram affunde; Iterum tere, & aquam turbidam factam super priorem effunde. Idque toties repete, donec totam materiam exhauseris. Tum aquam omnem effusam decanta, & Lithargyrum in fundo vasis remanentem exsicca, & serya.

PRÆPARATIO CORNU CERVI.

Rx. Cornu Ceryi integri quantum volueris. Scobina derade. Scobem exsiccatum tere in mortario. Trajice per sericeum. Pollinem serya.

Simili modo præparentur

Ebur,
Unicornu,
Cranium humanum,
Dens Apri,
Mandibula Lucii,
Pes Alcis,
Os è corde Cervi;
Bovis.

B

PRÆPARATIO CORNU CERVI PHILOSOPHICA.

Rx. Apices cornu Cervi quot volueris.
Mitte in vas idoneum. Affunde aquæ communis
quantitatem sufficientem.

Vase ritè obturato bulliant per quinque circiter horas;
posthac aquam projicito. Alteram illicò affunde. Bulliant
ut prius, donec exterior pellicula scalpello faciliè detrahatur,
tum medulla quoque extrahatur. Quibus demptis, apices
sicca.

ALBUM GRÆCUM.

Rx. Stercoris canis ossibus nutriti quantum sufficit.
Exsiccatum supra marmor læviga; tum aquâ Bursæ
pastoris in trochiscos effinge.

Simili modo parari potest

Stercus pavonis cum aquâ Pæoniæ

Anseris cum aquâ Cichorii.

FOECULA BRYONIÆ.

Rx. Radicis Bryoniæ recentis quantum volueris.
Quassâ in mortario marmoreo. Excipe sacco canna-
bino. Prælo exprime. Succus in vase vitreo reponatur. Intra
paucos dies subsidet amyli instar fœcula, decantato liquore,
in umbrâ exsiccanda.

Simili modo parantur

Fœculæ Ari,

Ireos, &c.

000000
0000